

DEPARTAMENTO DE EDUCACIÓN

HEZKUNTZA SAILA

2018ko EPEa. BIGARREN HEZKUNTZA ETA LANBIDE HEZIKETA

OPE 2018. ENSEÑANZA SECUNDARIA Y FORMACIÓN PROFESIONAL

*ESPEZIALITATEA / ESPECIALIDAD: **LATINA / LATIN***

Ariketa 1 / Ejercicio 1

Ikasketa humanistikoaren eta irakurtzearen balioaren defentsa / Defensa del valor de la lectura y de los estudios humanísticos.

Sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines non solum ad intuendum verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt! quas ego mihi semper in administranda re publica proponens animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

Haec studia adulescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Cicero *Pro Archia* VI,14 / VII,16

- a) Testuaren itzulpena hiztegiarekin/ traducción del texto con diccionario.
- b) Iruzkina morfosintaktikoa eta historikoa/ comentario morfosintáctico e histórico
- c) ¿Cómo trabajarías este texto con el alumnado de bachiller, para poder conocer e interpretar la realidad socio-cultural de la antigua Roma? ¿Qué estrategias y recursos didácticos utilizarías en el aula, y cómo integrarías las nuevas tecnologías?

Nola landuko zenuke testu hau batxilergoko ikasleekin ezagutu eta interpretatu ahal izateko Erromako errealitate soziala eta kulturala? Zein estrategiak eta baliabide didaktikoak erabiliko zenituzke gelan, eta nola integratuko zenituzke teknologia berriak?

Ariketa 2 / Ejercicio 2

Cesar y los Germanos/ Zesar eta Germaniarrak

Re frumentaria comparata equitibusque delectis, iter in ea loca facere coepit, quibus in locis esse Germanos audiebat. A quibus cum paucorum dierum iter abesset, legati ab his venerunt, quorum haec fuit oratio: Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si laccessantur, quin armis contendat, quod Germanorum consuetudo haec sit a maioribus tradita, quicumque bellum inferant, resistere neque deprecari. Haec tamen dicere: venisse invites, eiectos domo. Si suam gratiam Romani velint, posse iis utiles esse amicos; vel sibi agros attribuant vel patiantur eos tenere quos armis possederint. Sese unis Suebis concedere, quibus ne dii quidem immortales pares esse possint; reliquum quidem in terris esse neminem quem non superare possint.

Cesar, De bello Gallico IV ,7

a) Testuaren itzulpena hiztegiarekin/ Traducción del texto con diccionario.

b) Iruzkin morfosintaktikoa, estilistikoa eta historikoa/ Comentario morfosintáctico, estilístico e histórico